

1
2
3
4
5
6
7
8



1676.

1. Mueg, Georgius Fridericus: De libertate principum
Comerati.
2. Hertin, Joh. Theobaldus: De rebus mobilibus et
immobilibus
3. Obrechtus, Ulricus: De imperio Germanici ejusque
statuum federibus
4. Obrechtus, Ulricus: De electione Imperatoris
Romano-Germanici
5. Rehan, Joh: Disputatio . . . ad l. un. Cod. si libera.
Liberis Imperialibus sociis sine herede decederit
6. Reichelhus, Julius: De pede Argentera Kenarium
geometrico.
7. Rodschied, Johannes Henricus: De literis mutui compassus
8. Schragius, Fridericus: De constitutionibus personarum
liberis, quae et privilegia specialia dicuntur

1677.

1. Elwerth, Johannes: De jure noctis tempore gestorum

1677

2. Hammer, Joh. Andreas: De milite desertore
3. Manselin, Bartholomaeus: De limitibus.
4. Schmitt, Johann Ulrich: De censu emigrationis
5. Serrarius, Fredericus: Novissima hereditatum.
6. Spener, Georgius Wilhelmus: De re monetaria in S. Rom.
Germ. imperio

1678

1. Gants, Johann Sebastianus: Imp. Roman. Regg. Illustri
et liberae sacri Rom. imperii reipublicae Argem.
lora hensi privilegiorum concessorum triginta: de
non vocando, de non appellando et de austrigis
2. Hampe, Johann Hardonius: De rhagadibus
3. Speimann, Huric. Antonius: De justitia consuetudinis
publicae, cujus usus in Germ. celebratur.
4. Speimann, Tobias: De concursu creditorum
5. Hockler, Gerardus, von: De uxore militum ad l.
temporalibus. Cod.

1679.

1. Salgmann, Johannes Taculus: De numeris, lucis extraordinariis
2. Schreyius, Fridericus: De jure majoris partis
- 3^{et} Schreyius, Fridericus: De potentate magistratum et
officiorum. 2 Sampl. 1717-1735
4. Hoecken, Gerhardus vor: De potestate

Rom.

isti

en.

is

lis

8


!



1679.
1. ...
2. ...
3. ...
4. ...
5. ...
6. ...
7. ...
8. ...
9. ...
10. ...
11. ...
12. ...
13. ...
14. ...
15. ...
16. ...
17. ...
18. ...
19. ...
20. ...
21. ...
22. ...
23. ...
24. ...
25. ...
26. ...
27. ...
28. ...
29. ...
30. ...
31. ...
32. ...
33. ...
34. ...
35. ...
36. ...
37. ...
38. ...
39. ...
40. ...
41. ...
42. ...
43. ...
44. ...
45. ...
46. ...
47. ...
48. ...
49. ...
50. ...
51. ...
52. ...
53. ...
54. ...
55. ...
56. ...
57. ...
58. ...
59. ...
60. ...
61. ...
62. ...
63. ...
64. ...
65. ...
66. ...
67. ...
68. ...
69. ...
70. ...
71. ...
72. ...
73. ...
74. ...
75. ...
76. ...
77. ...
78. ...
79. ...
80. ...
81. ...
82. ...
83. ...
84. ...
85. ...
86. ...
87. ...
88. ...
89. ...
90. ...
91. ...
92. ...
93. ...
94. ...
95. ...
96. ...
97. ...
98. ...
99. ...
100. ...









P 158



22

857.

C. B. D.
DISSERTATIO
De

1676, 3.

IMPERII GERMANICI,
EJUSQUE STATUUM
FOEDERIBVS.


Quam
MODERANTE
Viro Nobilissimo, Amplissimo, Consultissimo
atq; Excellentissimo

DN. VLRICO OBRECHTO
Historiarum PROFESSORE celeberrimo,
DNO. PATRONO, ac Præceptore suo
æternum colendo,

In Illustri Argentoratensium Academia,
Eruditorum solenni submittit disquisitioni

JOHANNES ULRICUS FRID,
Colmariens.

A. D. 27. Mens. Aprilis. hor. loc. q; consuet.



ARGENTORATI,
Literis JOH. FRIDERICI SPOOR.

ANNO M DC LXXVI.

P. 108.

141



Faint, mirrored text bleed-through from the reverse side of the page, including words like "DIESEITIG", "GEMANIG", "BVS", "RECHTO", and "LAD".

RECHTSPROFESSOR
DR. J. C. H. VON
KUNZE



PATRUIS ATQVE PATRONIS
SUIS
MAGNIFICIS AC BENEFICEN-
TISSIMIS

DN. JOH. JACOBO

&

DN. JOH. ULRICO
FRIDIIS,

INCLYTÆ REIP. ARGENTORATENSIS
ILLI SYNDICO,
HVIC CONSILIARIO,
GRAVISSIMIS,

VT VOBIS tenuem hancce Exercitatio-
nem offerre auderem, eadem mihi ratio
& stimulum & fiduciam subministravit:
Beneficio-

Beneficiorum nimirum VESTRORUM, PATRUI AMPLISSIMI, magnitudo, quibus me à puero non ad cultum tantum, sed ad obsequium & pietatem PARENTIBUS debitam velut innutrivistis: susceptâ præsertim accuratissimâ studiorum meorum curâ: quorum fructus iste qualiscunque sine injuria VOBIS subtrahi hinc non potuit. Neque sanè dubitare fas fuerit, quin hoc grati, devinctique VOBIS animi pignus propitiis sitis accepturi oculis: id modo DEUM Ter Opt. Max. oraverim, ut imposte- rum ingenii vires MERITIS VESTRIS colendis atque deprædicandis pares mihi largiatur, Vosq; publicæ interim ac literariæ rei sospitet fervetq;: ut utraque in consiliis VESTRIS adversus tem- porum difficultatem diutissimè floreat vigeatq;! Ita vovet

*Magnificorum Nominum
Meritorumq; Vestrorum*

Cultor observantissimus

JOH. ULRICUS FRID,
A. & R.



C. B. D.

DISSERTATIO ACADEMICA

De

IMPERII GERMANICI,
EJUSQUE STATUUM

F O E D E R I B V S.

I.



Alde ferax est hac ætate Ger-
mania uti foederum, ita judiciorum
de foederibus: inde temporum, hinc
ingeniorum turbine novis subinde
speciminibus seculum foecundante.
Et foederibus quidem, corporis late
patentis tranquillitatem, securita-

tem, concordiam adversus quotidianos motus & peri-
cula munire, summa & multiplex ratio jubet: in hac
verò, judicandi differendive promptitudinem experiri,
nemo etiam è vulgo tam abjectè sagacitatem & facun-
diam suam æstimat, quin licere sibi existimet: postquam
præsertim exemplum, nescio quam egregium, quamq;
boni ominis, introductum est, ut de summa Reipublicæ
vix alii confidentius, quam non rogati, sententiam fe-
rant. Horum autem institutum quam longè abest ab

A

obse-

obsequii morisque civilis rectitudine ; tam longè ab illo affectat recedere ista Dissertatio : id modo attingere professa, quod ex nobilioribus exemplis ad illustrandam instruendamve publicorum circa foedera actorum memoriam pertinere videbitur. DEUS coeptis suum favorem, & benigna Superiorum judicia adspiret !

I I. Prima in omni foederum negotio facultatis æstimatio est habenda. quam jure summi Imperii contineri, ipsa rerum, de quibus foedera contrahuntur, & obligationis, quæ ex foederibus oritur, indoles ostendit. Publicum enim est, quicquid foedere agitur contrahiturve: ut non aliis quam publicis auspiciis id expediri posse intelligatur. quorum universum regimen in

*Sid. Grot.
de I. B. &
P. II, 15. I.
& seqq.
IX, 9.*

omni civitate majestati est innexum. Unde Senatus Romanus apud Sallustium non immeritò decrevit, *suo populi que injussu nullum potuisse fœdus fieri.* & apud Livium, Postumius Consul, *non ego infitias eo, inquit, tam sponsiones quam fœdera sancta esse apud eos homines, apud quos juxta divinas religiones fides humana colitur: sed injussu populi nego quicquam sanciri posse, quod Populum teneat.* Idem de Imperatoribus Romanis postea pronuntiandum fuit, cum in illos *τιῶ τῆ πολεμείν καὶ εἰρήνην ἄγειν ἐξουσίαν*, ut Justinianus Imp. loquitur, *jus belli & pacis Lex Regia transtulisset.* cujus fragmentis docemur, nominatim Vespasiano fuisse tributum: *Utiq; ei fœdus, cum quibus vellet, facere liceret, ita ut licuit D. Aug. Ti. Julio Casari Aug. Tiberioq; Claudio Casari Aug. Germanico.*

*Nov. 105.
pr.*

*ap. Ant.
Augustin.
de Legib.
& SCT.
Pop. Rom.
pag. 127.*

III. Legis autem Regiæ facio mentionem, non quod inde Germanici Imperii foedera dijudicanda existimem; sed quia vel uno hoc exemplo declarari potest, mutato Reipublicæ statu, jus quoque foederum faci-

ciendo-



ciendorum, ibi esse quærendum, ubi pro præsentis regiminis forma, summa civilis potestas existit. Quo minus ambigendum, quin in Germania quoque nostra, cum adhuc imperio verè Monarchico regeretur, penes solos Imperatores steterit foederum feriendorum facultas. quod quidem & infinita exempla foederum cum Græcis Imperatoribus aliisque exteris Principibus contractorum demonstrant. qualia passim obvia sunt.

IV. Adhibuisse quidem illos, in foederibus præsertim gravioris momenti, Procerum consilium, non abnuerim: & jam Friderici I. foedera ita describuntur, ut *consilij Præmatum*, in iis expressa mentio fiat. Acta enim foederis, quod cum Manuele Constantinopolitano Imperatore, contra Rogerii Siculi filium Guilhelmum parabat Fridericus, *Gunthero* etiam consignata, prout ab *Ottone Frisingensi* memorantur, docent: *Fridericum in Comitibus Ratisbonensibus pertractasse eius foederis conditiones, & Præmatum suorum consilio legatos in Græciam destinandos ordinasse: Sed & postea, cum incastris ad Ancanam positis legatos eiusdem Manuelis audivisset, non nisi accepto Principum, qui cum ipso erant, consilio, eius negotij causa novam legationem in Græciam destinavisse.*

Ligur. 1. de Gest. Frid. II, 116 II, 23.

V. Verum admodum imperito civilibus negotiis æstimandis, vel maligno iudicio utatur, oportet, qui cum *Hippolyto à Lapide* ex talibus exemplis colligere a-

de Rat. stat. part. I. c. 9. sect. 1.

subsidia Statibus uterentur, si qua illorum ope foederis executio indigeret: non ut ipsi foederi adhibito Ordinum assensu efficaciam auctoritatemque conciliarent. Quemadmodum & Ludovicus Bavarus adversus Philippum Galliae Regem cum Eduardo Anglo ipse quidem Imperatoria auctoritate foedus contraxit, & Philippo bellum denuntiavit: inferiores autem Principes nihil aliud *monuit*, quam ut *assisterent Imperio, ut teneren-*

Chron. A. tur: memorante Alberto Argentinensi. Addantur C 1336. P. 127. Henr. Rebdorffii Annales ad A.C. 1339. p.427.

VI. Possunt haec, & sequentium Imperatorum foedera, debentque adhiberi ad iudicium de exceptione Statuum Imperii ferendum: quando in Comitibus Wormatiensibus, inter alia, *jure per praescriptionem & diuturnam consuetudinem quasito, nisi se contenderunt, ne Imperatori in foedere, quod ipsis inconsultis iniuisset, auxilio esse tenerentur.* Sed & *Limnai* observatio inde est explicanda: laxioribus, quam par erat, terminis asseverantis: *Olim, & adhuc tempore Maximiliani I. ad foedera cum exteris pangenda, Statuum Imperij consensum requisitum fuisse.* Cum de necessitate Juris ante Maximilianum I. id doceri utique non possit. Confer foedus Adolphi Imp. cum Henrico Angliae Rege: in Chron. Colm. part. 2.

An. 1508. ap. Gold. Politisch. Reichsh. part. 12. c. 4. ad Capit. Caroli V. art. 7.

A.C. 1296.

VII. Primus sane Maximilianus fuit, qui expressa pactione, se pariter atque Status Imperii in id adstrinxit, ne ullum deinceps foedus, cujus periculum damnumve quovis modo ad Imperium pertineret, cum exteris nationibus eorumve Principibus, a se vel a quoquam Statuum, absque praescitu & consensu annuorum Comitiorum pangeretur: in confirmatione Pacis publicae Wormatiensis, hoc inter cetera capite inserto: *Auch sollen*

Handhab. des Fried. zu Worms 1495. tit. die Königl. Majest.

sollen Wir und Unser lieber Sohn Erzherzog Phi-
lips/ auch Unser Churfürsten/ Fürsten/ und Stände
des Reichs/ ohn Wissen und Willen jährlicher Ver-
samlung/ keinen Krieg oder Bähd anfahren/ noch ei-
nig Bündnuß oder Einigung mit frembden Nationen
oder Gewäldten machen/ die dem Reich zu Schaden/
Nachtheil/ oder zuwider seyn möchten. Quam qui-
dem legem *magnum sanè fructum Reipublicæ nostræ attu-
lisse, & ad retinendum quietum huius statum fuisse longè
aptissimam, cordatissimo iudicio pronuntiat Julius Pflu-
gius Episcopus Numburgensis, in oratione sua ad Germa-
nos de Republ. Germaniæ constituenda.*

VIII. Videri tamen poterat ipse Maximilianus
haud multo post, ejusdem vincula dissolvissè, icto in-
sciis & inconsultis Statibus, cum Pontifice Romano,
Franciæque & Arragoniæ Regibus contra Venetos fœ-
dere Cameracensi: cujus capita & successum, *Gerardus
de Roo, Petrus Justinianus*, aliique recensent: sed Impe-
rator edita Tridenti, ut testatur *Mutius*, Apologia per-
tendebat: illius negotij eam indolem fuisse, ut moram
dilationemque convocandis Comitij, Statuumque
consensui explorando necessariam neutiquam admise-
rit: cujus successus omnis & efficacia inde suspensâ fu-
erit, ut clam & subito, priusquam Veneti præsensissent,
expediretur. Ad hoc in antecedentibus aliquot Comi-
tij communi deliberatione probatum fuisse, ut contra
Venetos & Turcas cum Galliæ Rege fœdus iniretur: eo
certius occasione tam præclara obveniente, se de Statu-
um assensu præsumsissè. Quin & maturè admodum
se de illo fœdere in Comitij Wormatiensibus relatio-
nem fecissè, neq; id tum displicuissè Statibus, à nemine

A. C. 1508.

Chron.
Germ. lib.
29.
Goldast.
Polit.
Reichesh.
part. 12. c. 4.
p. 402. 403.
Fugger.
Spec. Ho-
nor. Austr.
lib. 6. c. 13.
pag. 1254.

certè contradicium, ab aliquibus verò spem ultro factam, fore ut tam laudabile Cæsaris propositum publicis Imperij auxiliis haud segniter juvaretur. Nihil præterea in universo illo foedere contineri, quod non ad commodum potius & honorem, quam ad periculum & detrimentum Imperii pertineret. Adeoque in hoc foedere, quod unicè ad Sacri Imperij Nationisque Germanicæ dignitatem, gloriam, incrementum, tranquillitatem, pacem denique tenderet, consensum Statuum non fuisse necessarium; sed sibi autoritate Imperatoria suo opte arbitrio decernere jus fasque fuisse.

aliter Electorum consilium explicat Strauchius differt. Exot. IV. th 17. Sleidan. Comment. lib. 1. p. 29. Capitul. Carol. V. art. 7.

IX. Sanè quod eventu hujus exempli patuerat, evenire utique posse foederis contrahendi opportunitatem, quæ se non patiat ad Universalia totius Imperii Comitia differri, moti videntur Electores, ut in conditionibus, quibus Carolo V. Imperium detulerunt, ad Electorum duntaxat assensum, Imperatorem in foederibus Imperii nomine faciendis adstringerent: talem illi formulam præscribentes: *Wir sollen und wollen für Uns selbst/ als Römischer König / in des Reichs Händlen / kein Bündnuß oder Einigung mit frembder Nation/ noch sunst im Reich machen / Wir haben dann zuvor die Sechs Churfürsten deshalb an gelegenen Wahlstätten zu zimlicher zeit erfordert/ und ihren Willen / samlich/ oder des mehrern theils auß ihnen / in solchem erlangt.*

X. Non permisit quidem turbatissimus hoc & superiori seculo Reipublicæ Status, absque contrariis exemplis ad posteros hanc sanctionem descendere: cuius tamen autoritas, repetita subinde in sequentium Imperatorum Capitulationibus eadem formulâ, adversus

versus noxam & præjudicium talium exemplorum stabilita est: addita præsertim in Capitulatione Ferdinandi III. declaratione memorabili: **Daß der Churfürsten Willen auff einer Collegial-Zusammenkunfft/ und nicht durch absonderliche Erklärungen (es wäre dann/ daß publica salus und utilitas ein mehrere schleunigung erforderte) erlanget werden solte: Vnd derjenige modus, so bey dem Pragerischen Frieden ist gehalten worden / zu keinem præjudiz oder consequenz angezogen noch außgedeutet werden.**

art. 7.

Vid. Limb.
ad Capit.
p. 689.

XI. Estque adeo Capitulatio Caroli V. hac in re pro norma cæterarum retenta; donec Pace Westphalica universi Ordines uti in plerorumque aliorum jurium Majestatis, ita in juris quoque fœderum consortium penitus recepti sunt; dicta in ipsis Pacis Tabulis atque sancitâ lege: *ut sicubi Pax aut fœdera publico Imperij nomine facienda essent, id non aliter fieret, nisi de Comitrali liberoq; omnium Imperij Statuum suffragio & consensu: utq; in deliberatione super tali negotio Status jure suffragij sine contradictione gauderent.* Unde nata postea in Capitulatione Ferdinandi IV. formula: **Wir sollen auch in des Reichs- händlen keine Verbündnuß machen/ Wir haben dann zuvorhero der Churfürsten / Fürsten und Stände Bewilligung hierzu erlangt / es wäre dann daß publica salus und utilitas ein mehrere Beschleunigung erforderte/ da sollen und wollen Wir dann der sieben Churfürsten sambelichen Willen zu gelegener zeit und Mahlstatt / und zwar auff einer Collegial-Zusammenkunfft und nicht durch absonderliche Erklärungen/ biß man zu einer gemeinen Reichs- Versammlung kommen kan/ erlangen.**

art. 7. 5.
gaudeant.

art. 7.

XII. Pote-

XII. Poterat hac ratione videri libertati pariter
 juriq̄ue Ordinum, & utilitati publicæ prospectum; cu-
 jus ratio se non semper patitur secundum regulæ com-
 munis tenorem explicari: Orta tamen jam tum inter
 Collegium Electorale & cæteros Status, de Capitulatione
 concipienda, contentio, isti Legi, quam Ferdinando
 IV. præscripserunt Electores, graviter obstitit: & acce-
 dentibus subinde novis irritamentis, Deputatos ad Con-
 ventum Francofurtensem, incitavit, ut in monitis suis
 quæ Electori Moguntino in Comitibus Electoralibus, no-
 vo Imperatori in locum Ferdinandi III. creando, desti-
 natis, exhibuerant, *illam publicæ salutis ac utilitatis* excep-
 tionem, in Capitulatione recens condenda penitus om-
 mittendam contenderent: **Daß keine Verbündnuß
 in Reichs. händlen ohne der gesamten Stände auff ei-
 nem Reichstag erfolgende Bewilligung zu machen.
 Auch von dieser Regul kein casus zu excipiren / noch
 unter dem Vorwand einer ob publicam salutem & uti-
 litatem erfordernten Beschleunigung / der Fürsten und
 Stände Bewilligung zu übergehen; also der Verfic:
 Es wäre dann / das publica salus &c. außzulassen. Sed
 & cum ista quoad foedera Imperii nomine ineunda,
 non ultra profecissent, quam ut exceptioni *de salute &
 utilitate publica* Ferdinandæ Capitulationis, in Capitu-
 latione Leopoldina declaratio adjiceretur, wie sonst
 in allen andern des Reichs Sicherheit concerniren-
 den Sachen: protestatione solenniter opposita, no-
 minatim quoad hunc quoque articulum, monitorum
 suorum authoritatem, & jura Statuum, sive tueri, sive
 vindicare instituerunt: cuius tamen protestationis usū ne
 in casibus per extraordinaria remedia expediēdis excitari
 sentiret Germania, DEUS hactenus clementer avertit.**

d. 17. April.
1658.

Auth. der
Grndf.
part. 3. c. 3.
p. 220.

art. 10.

Theatr. Eu-
rop. part. 8.
p. 490.

d. 8. Aug.
1658.

XIII. Cæ-

XIII. Cæterum quod superius annotatum est, Monarchico Imperii statu, soli Imperatori jus foederum faciendorum competiisse, illud initio quidem hanc vim habuit, ut omnes alii non à consortio duntaxat, sed prorsus etiam ab usu huius juris excluderentur. Neque potuit sanè foederibus inter Status & Imperatorem, vel inter Status solos esse locus, cum indivulso supremi Imperii spiritu, caput cum suis membris, ipsaque membra inter se ita connecterentur, ut neque ad defensionem neque ad connexionem momenti aut roboris quicquam ab ulla confœderatione accedere posset. At postquam provinciæ Statuum, si non jure ipso, juris tamen usu & administratione ab Imperio sejungi, ipsique hinc Status tum ab Imperatoribus, tum à se invicem, privilegiis, consiliis, turbis disgregari coeperunt; ne penitus ista Imperii moles dilaberetur, vel certè singuli Status, qui præsertim viribus & potentia minus pollerent, publicis motibus absorberentur, foederibus aliquoties haud infeliciter est prospectum. Valde ab initio renitentibus illis, qui dissipati diuturno interregno Imperii partes in prædam sibi ac spoliū cessuras speraverant.

XIV. Neque alio certè fundamento innitebantur, antiquissima illa, quæ feruntur, legitimorum inter Status foederum exempla: quam quod unicè necessarium expediendæ salutis, tuendæve tranquillitatis præsidium continerent. Primum huius generis foedus memoratur Rhenanum: cuius occasionem *Author Chronica Augustensis* ita refert: *Interea Wilhelmo Rege Romano cum Comitissa Flandria & Frisonibus bellica agente negotia, civitates Rheni, quasi destituta Regia defensione, vinculo societatis fortissimè ad invicem conjunguntur;*

A. C. 1254.

ad A. C. 1255.

B

Nec

iter
cu-
om-
nter
tio-
ndo
cce-
on-
suis
no-
esti-
xce-
s o-
nuß
ff ei-
hen.
noch
uti-
und
sic:
Sed
nda,
e &
itu-
sten
ren-
no-
rum
sive
ñ ne
itari
rit.
Cæ-



Chron. A. C. 1255. Nec multo aliter *Albertus Stadenſis*: Quidam validus civis in *Moguntia* cepit hortari concives ſuos, ut pro pace reſtauranda juramento ſe invicem conſtringerent. Conſenſerunt ei & aliae civitates plurimae. Quanquam illa etiam ex ipſo illius tempeſtatis turbatiſſimo ſtatu, *Lehmanno* praefertim diligenter deſcripto, ultro pateſcit: uſuque foederis eius amplius declaratur, de quo ſequitur in eadem *Chronica Auguſtenſi*: Capitaneum eligunt conſederati, telonia eiſdem fluminis, quae à pluribus fuerant aggravata, remonent, vicinos Principes & Comites ſuae ſocietati adherere compellunt, undique in finibus ſuis pacem ordinantes optimam & haecenus inauditam. Praeſſerat de eodem foedere, per quandam anticipationem: *Wilhelmi Regis* tempore civitates apud *Rhenum* cum Principibus optimam Pacem ineunt, eligentes ſibi Capitaneos, deſtruentes caſtra nociva & injuſta telonia remonent. ubi catalogus quoque conſederatorum exhibetur. quos & *Aventinus Annal. Bojor. lib. 7.* & *Cuſpinianus in Caſaribus* recenſent. Authorem foederis *Watbodonem* nominat *Albertus Stadenſis*. cuius etiam indicio diſcimus: non placuiſſe rem Principibus, nec militibus, ſed neque praedonibus, & maxime hiſ, qui habebant aſſidue manus pendulas ad rapinam: illos quippe cauſatos, eſſe ſordidum, mercatores habere ſuper homines honoratos & nobiles dominatum. quod quidem fatum huius foederis maturavit: ſiquidem iſta pax, ut habent verba *Chronicae Auguſtenſis*, more *Lombardorum civitatum inchoata*, propter malitiam reſiſtentium non diu duravit: & ut alibi eiſdem *Scriptor* loquitur, omnia redierunt in priſtinum malum ſtatum. Plurimum tamen foederis huius exemplum in ſecutiſ temporibus profuit poſteritati: Similibus enim conſiliis, quod *Peucerus* judici-

*Chron. Spi-
renſ. lib. 5.
c. 92.*

*ſub A. C.
1247.*

in Wilhelm.

Chron. l. 6.

judi
mal
Nec
lita
cula
ſeri
rem
ſura

nu
re
jun
cip
vat
mu
rita
tia
ipl
ei
va
ed
ta
po

ſe
g
ca
ſi
e
n
f
ſt

judicium est, deinceps & malis publicis obviam itum, & multorum audaciam ac molitiones repressas esse, constat.

Nec dubitavit Illustris Conringius pronuntiare: tranquillitatem publicam, & libertatem popularem aliquot per secula talibus fœderibus deberi: ac licet nonnunquam excesserint modum, si verum tamen fateri velimus, absque hoc remedio extremam servitutem omnes dudum fuisse oppressuram.

de Urb. German. th. 104. add. th. 94.

XV. Hanseaticarum Urbium conjunctionem, num referre in hunc censum debeam, dubito; tempore quidem, ex probatiore Conringii calculo, proximè subjungendam fœderi Moguntino: sed si quis eam ex principio suo æstimet, non tam fœderis publici, quam privatæ societatis jure censendam. nisi quod superiori demum seculo ad veri cuiusdam fœderis formam auctoritatemque propius evaluisse videtur: quando ad negotia privatos contractus excedentia cœpit extendi. quo ipso vicinis, & quorum præsertim in ditioe membra eius erant, suspecta vel invisæ illius potentia reddita est; variisque decrementi causis, quas Conringius prudenter edisserit, confluentibus, ipsa mox consociatio labefacta, tantum non evanuit. notitia eius unde petenda sit, videri potest in *Bæcleriana S. R. Imperii Notitia lib. XI. cap. 4.*

de Urb. German. th. 95

de Urb. German. th. 103.

XVI. Interim in superiori Germania introducto semel exemplo, quomodo turbato Reipublicæ statu singula Imperii membra saluti pariter suæ & quieti publicæ efficacissimè possent consulere; deinceps quoties similia pericula ingruebant, ad probatum tam salubri experimento remedium confugere, ratio fuit; quæ in morem denique & consuetudinem abiit. Inprimis fœdera Clientelaria frequentari cœperunt: quæ vetustissimis Germaniæ incolis jam usitata: formato sub

Francicis & Germanicis Imperatoribus Reipublicæ statu, rariora vel privatorum duntaxat contractuum formulis constricta; tunc cum ad antiquam segregati regiminis faciem vergere Germania videretur, infirmioribus in Potentia validiorum, unde exitium imminabat, tutelam, præsidiumque præstitere. quanquam & haud paucos constat hac potissimum via in servitutem migrasse, quod in clientelam nimium potentis Patroni concesserant. Exempla talium foederum congerere infinitum foret: & est jam hic labor ab aliis occupatus; inprimis *Martino Magero* operis sui de *Advocatia armata* cap. 5. n. 496. & alibi passim.

Adde Warem. ab Ehrenberg Meditar. pro foedere lib. 1. c. 2. Besold. diss. de Foeder. c. 3. Knipschild de civitat. Imp. II. 2. 3. 9. Bernh. Herzog. Chron. Alsat. lib. 2. p. 69. &c.

XVII. Sed & in cæteris Germanicis foederibus recensendis, luculenta consignatione præcipuorum speciminum magnam laboris partem nobis lucrificavit *Christophorus Lehmannus Chron. Spir. lib. 5. cap. 123. lib. 7. cap. 3. cap. 12. cap. 27. 31. 46. 47. eiusdemque libri capitibus subsequentibus plerisque.* In cuius supplementum, non ingratum rerum Germanicarum studiosis officium nosse præstituros confidimus, si ex ineditis monumentis, aliquot duntaxat exemplis, pro modo huius dissertationis, historiam foederum Germanicorum locupletaverimus. Est autem inter illa memoratu dignissimum, quod initio seculi decimi quarti inter Albertum Austriacum Regem Romanorum, Episcopos & civitates Argentinensem & Basileensem, tum Alsatiae superioris & inferioris Landgravios in hanc formulam initum est:

Wir Albrecht von Hoh gnaden / der Römische Kunig / Friderich von derselben gnaden Bischoff zu Strazburg / Peter Dech von Hoh gnaden / der Bischoff zu Basile / unn wir die Landgraven in dem ober / unn

unn
M
von
chet
Zu
die
Ku
der
sint
un
sich
Ki
ge
nac
Br
un
den
sch
se
vor
ne/
hu
reb
gr
ha
sch
B
fr
te/
me
B
B



un in dem nider Elſaſſe / Peter von Schönnecke der
 Meifter un der Kat / un die Burgere gemeinliche
 von Strazburg / Conrat der Schaler / den man ſpri-
 chet Kommelher / der Meifter / un der Kat / un die
 Burgere gemeinliche von Baſile / unt kunt allen den /
 die diſen brief geſehent und gehörent leſen / daz wir der
 Kunig bi unſern Königlichem truwen / un wir die an-
 dern / bi geſwornem eide / den wir getan hant / übereit
 ſint kumen / eines gemeinen Lantfriden / von der Selve
 un an die Bärſe / un von dem Rine un an den Wa-
 ſichen / alſe daz Biſtum von Baſile gat / un unſite
 Rines / alſe daz Biſtum zu Strazburg gat / hinan un-
 keſante Johanneses Metz / un dannan über vier iahr
 nach ein ander / ane underſaß vur unſ un vur alle die
 Unſere / alſo doch / daz wir der Biſchoff von Baſile /
 un die Burgere von Baſile ienſite Rines ungebun-
 den ſint / un aber hie diſſere Rines ſint wir nit me
 ſchuldig noch gebunden zehelfenne / wande von der Bir-
 ſe un an die Sorne / un ienſite Rines / ſo iſt nieman
 von des fridens halben gebunden durch walt zehelfen-
 ne / Alle pfaffen un alle geiſtliche lute / un alle Bog-
 huſer / die ſulent in diſeme friden ſin / un ſulent in irme
 rehte / un in irme vribette bliben / un alle edele lute /
 graben / frien un dienſtlute / die dieſen friden geſworen
 hant / zwifchen den vorgeschriben zilen / oder noch
 ſchwernde werdent / un alle Stetde un Burge / un
 Beſtenen / un dörfer / un Dinghöve / die in diſeme
 friden gelegen ſint / der ſoll inlichez bliben in ſine reh-
 te / die Stat zu Strazburg ſol mit namen bliben in ir-
 me rehte / un in irre vribette / ouch ſol die Stat zu
 Baſile mit namen bliben in irme Rehte / un in irre
 vribette.

Wir Friderich der Biſchoff von Straz-
 Burg

B iii



burg/ unn wir Peter der Bischoff von Basile verie-
 hent des/ daz weder wir/ noch ieman der in unsern Bi-
 stumen ist geseßen/ beholfen sol sin von dies Lants-
 fridens halben umbe deheiner shlohte dingen die besche-
 hen sint vor den Winachten/ die nu waren. Die nu-
 wen zolle sulent auch abesin / swa si gemacher sint uf
 dem lande/ oder uf dem wassere / unn swer disen friden
 brichet/ beschihet daz in unserene dies Kuniges gerech-
 te/ daz sol der / an dem er gebrochen ist / oder sine frunt
 an unser pflegere/ die hie nidenan genennet sint / selbe
 vordere/ oder mit gewissen botten unn brieven unn su-
 lent unsere pflegere zehent ane geverde uf den eit bot-
 schaften/ unn embieten dem / der den friden gebrochen
 het / daz er in den nehesten ahte tagen daz wider tu unn
 bessere/ daz er also begangen het / tut er dies nit / so sol
 derselbe unser pfleger alle die an die von aller der vorge-
 nanten Herren wegen dirre fride gesezt ist / die hie nide-
 nan mit namen geschriben stant/ die sol er alle manen
 mit botten/ unn mit brieven uf den eit/ ob er ez mit si-
 ner macht ane sie nit volle enden mag ane geverde/ unn
 sulent die denne als ez hin nidenan bescheiden ist/ in den
 nechsten ahte tagen der nach so sie genannt werdent/
 bi irne eide mit solicher helfe unn mit solicher macht/
 als sie alle oder die zweiseil under in überein kument/
 uf den eit den twingen / der den friden gebrochen het/
 daz er wider tu unn bessere / daz er wider den friden ge-
 tan het/ mag aber er ez ane die andern gebessere mit si-
 ner macht/ so sol men niemanne me manen umbe helfe
 Wirt aber dirre friden gebrochen in unserne des Bi-
 schoffes gerechte von Strazburg so sol mans vordern
 alle da oben geschriben stat an die / die von unserem
 wegen derzu gesezet sint / unn hie nidenan geschriben
 stant/

sta
 wi
 all
 sch
 ge
 B
 un
 wo
 be
 ne
 B
 an
 sol
 S
 wi
 sch
 S
 ri
 zu
 ob
 B
 he
 all
 in
 fri
 ien
 gef
 de
 we
 als
 get
 ber



stant / unn sulent die denne uf den eit beide umbe daz
wider tun / unn umbe daz bessern tun / unn gebaren in
alle wis / alseda obene von dies Kuniges pflegeren ge-
schriben stat; In dirreselben wise sol men tun anc alle
geverde / obe der fride gebrochen wirt / do mens an den
Bischoff von Basile / oder an die Lantgraven in ober
unn under Elsaye vordern sol / unn sulent die / die von
wen wegen derzu gesezet sint / unn hie nidenan geschri-
ben stant / derzu tun uf den eit in alle wis / alseda obe-
ne geschriben stat. Wirt aber er gebrochen / do ez die
Burgere von Strazburg ane gat / da sol mens vordern
ane den / der denne wissenthaft Burgermeister ist / unn
sol der deme uf den eit schaffen / swelich Burger von
Strazburg den Friden gebrochen hat / daz er / daz dar-
wider tu / unn bessere in den nehesten achte tagen; Ges-
schehe daz nicht / so sulent die andere Burgere alle von
Strazburg unn die anderen des Fridens eitgenossen den
zwingen / als davor von den andern geschriben stat.
Zuglicher wiß sol der Burgermeister von Basile tun /
obe dirre fride gebrochen wirt / do ez die Burgere von
Basile ane gatt zu besserende alles mit der Bescheiden-
heit / die hie nidenan geschriben stat. Alle geste unn
alle fromede lute sie sint varnde blibende oder wesende
in dem vorbescheidenen begriffe / die sulent disen selben
friden han / als es da obenan bescheiden ist. Wirt ouch
ieman gevangen in dis Frides begriffe / unn wirt darus
gefuret / da sulent alle dis Fridens eitgenossen bi dem ei-
de ir helfe / unn ir macht zutun / daz der gevangene lidig
werde / unn solch unrecht gebessert werde mit irre macht /
als die übereinkument uf den eit an die dirre fride gese-
zet ist / sie alle oder daz zweiseil under in. Wurde a-
ber der Lantfride gebrochen obwendig der Birse unß an
den



den hortenstein / unn uns an Goldenfeils derzu sint
 die/ die inwendig des Ockenbaches gesezen sint/ helfe
 nicht gebunden/ unn sulent aber alle die/ die obwendig
 gesezet sint helfe uns dargebunden sin / Nicht öch ie-
 man deheine tot gevehete oder wunden/ die uns her ge-
 schehen ist/ und noch unversünet ist / do mitte ist dirre
 friden mit gebrochen/ swer aber vurbas wunt wirt/ den
 sol men riheten / alse men in von wunden riheten sol/
 unn swer erschlagen wirt/ des frunden sol men riheten/
 alse men davon ze rehte riheten sol in den nehesten abte-
 tagen. Men pfendet öch wohl umbe künliche korn-
 gulte / unn wingulte/unn zinsel/ unn gat daz öch mit an
 den lantfriden / anderes soll nieman den andern pfen-
 den ane gerihete. Hett sich aber ieman verbunden mit
 sinen brieven/ daz men in pfenden sile ane gerihete / den
 soll men pfenden an sine eigene / an sine erbe/ an sine le-
 hene/ unn an sine pfande. Hett aber ein Goshus
 oder ein Closter- gut oder lute darüber er voget ist/ an
 dem gute unn an den luten soll men in mit pfenden/ swa
 die/ an die dirre fride gesezet ist / alle oder die zweiseil
 überein kumment uf den eit daz ein Herze/oder ein Statt/
 oder ein Burg / oder ein Dorf/ do der fride gebrochen
 wirt/ selbe mugent gebessern / daz da mitte der fride ge-
 brochen wirt/ do sol men nieman me zu manen umbe
 helfe. Da sie aber überein kumment uf den eit alle o-
 der die zweiseil/daz men helfen soll/swer denne der nicht
 kummet/ mit solicher macht ane geverde/ alse sie überein
 kumment uf den eit/ der sol meineidig unn truwelos unn
 erlos sin/ unn sol uswendig dis frides sin / unn soll
 men abe ime riheten / unn en sol ime nieman riheten/
 swa mitte dirre friden gebrochen wirt/ das soll men wi-
 der tun / unn bessere alse die an die ez gesezet ist/ sie alle
 oder

oder die zweiseil under in uf den eit überein kument.
 Were aber daz sie sich davon mahtent / unn die besse-
 runge verzugent durch mutwillen / so sulent si meineide
 sin / unn uswendig dis fridens sin. Irret aber ir dehei-
 nen eheftiger not / oder herren not / oder einre libte stur-
 be / so sol der herre von dies wegen er darbi was / einen
 andern darzuschicken an sine statt ane alle geverde; der
 solle och denne sweren / alse der erste geschworen hatte /
 unn so er geschworen / so ist der eit stete; alle die gut / die
 zu erben geluben sint von alters her / die sulent in der ge-
 wonheite stan / als ez herkumen ist / diewile dirre fride
 wert / swer disen friden niht geschwehrt / iederman vor sin-
 ne rihter in den nehesten zwein maneden / so dirre fride
 gekundet wirt von Stetten zu Stetten / von Burge zu
 Burge / von dorfe zu dorfen / die sol men dornach nüt
 me empfahen in disen friden / unn soll ime och nieman
 rihten / unn sol men abe ime rihten; Sprichet aber
 der rihter / er habe nüt geschworen / bezuget er denne mit
 zwein ersamen manen / daz er geschworen habe / dieß sol
 er genießen; Ist aber ieman uswendig landes / oder
 siech / oder gevangen / so er dies entladen wirt / so gat
 alrerst dise sazunge überein. Die Prelaten / die Tün-
 herren / unn die pfaffen die sint dies eits erlassen durch
 erbarkeit. Dis sint / die wir der Kunig Rihtere über
 den friden gesezet hant von unseren wegen Johannesen
 Blrichen von dem Hus / Johannesen den Schulhtei-
 ßen von Dhenheim; So han wir der Bischoff von
 Strazburg von unsere wegen gesezet Herren Tunen
 von Geispolzheim / unn Herren Tunen von Buten-
 heim / unn wir der Bischoff von Basile / Johannesen
 von Wartenvels / der unser pfleger ist zu Schwarzen-
 burg; So han wir die obere Lantgraven von unsere
 C wegens

wegen gesezet Herren von Schönewburg / der geseßen
 ist zu Ensisheim; So ist von dies nideren Lantgra-
 ven wegen / Herr Walter von Makenheim; So ist
 och von der Burgere wegen von Basile / der ie Bur-
 germeister ist; So hant och die Burgere von Straz-
 burg iren Burgermeister / der sol ie einen zu ime nemen /
 der die drizehen wochen vour sich mit ine vare; Daz diß
 war unn stete sic / darumben han wir die vorgeantent
 Herren unn Stette unser ingesiegele zu einer urkunde
 an disen brief gehencket / der wart besigelt / do men von
 Gotz geburte zalte drizehen hundert iar / unn ein iar.

A. C. 1301. Fridericus, Argentinensis Episcopus, cuius in foe-
 dere mentio extat, is est, de quo *Albertus Argentinensis*
scribit: Post Conradum de Liechtenberg, frater eius Fridericus
Prepositus Argentinensis, valentissimus in armis, in li-
teratura nullus, ad amicorum instantias quasi invitus, in
Episcopum est promotus. Sicut autem foedus istud pacis
 publicæ jurisque & libertatis tuendæ cura ultro com-
 mendabat: ita ut ad abolenda nova vectigalia nomi-
 natim dirigeretur, magna tum, & invalescente indies
 isto concussionis & novo quodam latrocinii genere,
 singularis ratio impellebat. Simili id quidem institu-
 to, quo jam sub Ottone IV. memorante *Gotfrido Mona-*
cho, Rex & cæteri Principes juraverunt firmam pacem ter-
ramarique servandam, omnesque injustas exactiones vecti-
galium deponendas. Ac *Albertus* quidem in primis se
 his exactionibus adversum ostendit bello, quod altero
 statim ab inito isthoc foedere anno, cum Moguntino
 & Coloniensi Archiepiscopo cæterisque telonium supra
 Rhenum accipientibus gessit: cuius causam, narrante
 P. 61. *Chronico Colmariensi, Albertus ipse Pontifici significavit:*
 quod

quod Domini Archiepiscopi supra Rhenum fluvium, per telonium injustas exactiones facerent, & totam terram graviter perturbarent.

XVIII. Anno eiusdem seculi trigesimo octavo, quo foedus inter quatuor civitates Argentinam, Spiram, WORMATIAM & Moguntiam, *Lehmanno* quoq; re-

Chrö. Spir.
lib. 7. c. 31.

latum, contractum est, pleræque etiam urbes Alsaticæ cum Episcopo Argentinensi Berchtoldo, cuius vitam *Albertus Argentinensis* descripsit, Alberto Hohenburgico, aliisque vicinarum regionum Præsidibus dominisque, contra Arnlederum quendam & alios, qui Judæorum impugnantorum obtentu totam viciniam turbabant, his conditionibus ad mutuum auxilium sese adstrinxerunt:

Wir Berchtold von Gottes gnaden Bischoff zu
Strasburg / Graff Albrecht von Hohenberg / Land-
vogt im Elsaß / Johans von Halletwiler pfleger in
Suntgowe an der hoherbornen Fürstenstat der Her-
zogen von östereich / Johans Ulrich vome Hus der-
selben Fürsten / vogt ze Ensisheim / Ruter Cunrat
Wernher von Gottes gnaden Appet ze Murbach /
Johans von Kappolsstein / Herrn in der obern stat /
Johans und Anshelm / Herren von der hohen Kap-
polsstein / und darzu wir die Meister / die Räte und
die Burgere gemeinlich dirre nahgenanten sterden
Strasburg / von Kolmar / von Hagenawe / von
Schlettstadt / von Dehenheim / von Rosheim / von
Mülhusen / von Reisersperg / von Turckenheim / und
von Münster / von Brisach / und von Nuwenburch
nun kunt allen den / die disen brief ansehen und hören
lesen / daß wir dur unser und des landes nutz / fride / und

E ij

noturft



noturft gemeinliche und einhelleckliche mit einander überein sint kōmen / aller der dingen / die an disem brief hie nachgeschriben stant / und hant uns ōch des zesammen verbunden bi dem eide ane alle geverde. Des ersten sint wir überein kōmen also / were das dehein uflof hinathin geschehe imme lande uf die Juden von Arnleders wegen / oder siner helfer / welme Herren oder Stat das geschehe / die an disem briefe geschriben stant / welen es denne aller nechst under uns were / die sont es weren mit der hand bi dem eide / ub sie mögent ane geverde / allbalde sis befindent / mögent sis aber nicht behobten / so sont sie die anderen Herren und Stetde manen / die sich hie zu verbunden hant / und sont in ōch denne die unverzogenlich ze helfe kōmen / ōch bi dem eide / ane alle widerrede. Were ōch / das dehein misshalle werde oder uflof in den vorgeannten Stetden von den Juden wegen / in welre Stat das were / wes denne der mehrere theil des Rates in der Stat überein kōmmet / da der uflof geschehen were / das sol furgang han / und sol de kein Herre / noch Statt vorgeant / deren keine empfahen ze burger noch enthalten / die denne von der getete wegen von der Statt verwisen wurdent / da der uflof geschehen were. Were ōch das ieman da wider were in der Statt / da der uflof geschehen were / und es der mere theil der Stetderat mit behobten mögte / so sont wir die vorgeannten Herren und Stetde alle denne der Statt beholfen sin bi dem eide ane alle widerrede alsbalde wirs bevindent / uf die / die denne in der Statt dawider wollen sin. Dis alles und zeglicher wis sol ōch uns den vorgeannten Herren behalten sin ane alle geverde. Wir die vorgeannten Herren und Stetde sint ōch einhellecklich miteinander überein kōmen / also / das
wir

wi
sch
wi
vin
sch
sen
Ho
dar
all
ner
D
ma
der
reht
tum
nar
den
der
ne u
hin
vor
frot
ube
die
beh
gem
deh
nisse
und
an
was
die



wir funfzehen hant usgenomien/die an der ersten getete
 schuldig sint von den iuden wegen / und sin als / das
 wir der lib und gut went angrifen und pfenden/wa wirs
 vindent/ und sont dis den Herren und Stetde verbot-
 scheften under den sie denne sitzend/ das su sit weder hu-
 sen/ noch hofen; Enthielten si su aber daruber/ es syen
 Herren oder Stetde nach der botschafft/ so wir in denne
 daruber gesant hant/ wider den sont wir denne och sin in
 allem rehte/ als wider die vorgeante funfzehen persohn-
 nen ane alle widerrede. Were och das dehein Herre/
 Dienstman / oder Kuter oder Knecht vorgeant ie-
 man fundet/ der an disen sachen schuldig were/ und un-
 der in gefessen were irre Lute / den mögent si darumb
 rehtwertigen / als irren eren wohl anstadt zetunde/und
 tunt daran dehein unreht. Jeglicher wiß die vorge-
 nantden Stetde och ir burger. Es ist och under uns
 den vorgeanten Herren und Stetden nieman dem an-
 dern schuldig zehelfende von der ersten getete wegen den-
 ne uf die vorgeanten funfzehen. Stunt och hinant-
 hin dehein usflöf ufimme lande / oder in den Stetden
 vorgeant von den iuden wegen hinnant ze unsere
 frowen mes der Jüngern so nehst kunt und dananthin
 uber ein jahr das nehste nahenander darumb sont wir
 die vorgeanten Herren und Stetde iemerme einander
 beholffen sin bi dem eide uns das sin ein usfrag wird
 gemacht und verricht ane alle geverde. Were och/das
 dehein ander Herre oder Stat zu uns in dise verbunt-
 nisse wolten / die mögent wir die vorgeanten Herren
 und Stetde wol zu uns nemen/ ub es uns wol gevellert
 an alle geverde. Die vorgeante verbünnisse und
 was an disem briefe geschrieben stat / das globen wir
 die vorgeanten Herren und Stetde alles stete zu han-

C iij de hi



de bi den eiden/ so wir darumb getan hant zen heiligen
 ane alle geverde/ und nicht hiewider zetunde in deheine
 weg und umb ein offen urkunde aller der vorgeschrie-
 benen dinge/ daß si war und stete bliben ane alle gever-
 de / darumb hant wir die vorgeannten Herren und
 Stetde unseren Ingesigel an disen brief gehencet für
 uns/ und für alle die/ die zu uns gehören. Dirre brief
 wart geben zu Kolmar an den nehsten Zinstage vor
 unserz Herren Gottes uffart nach seiner geburte dri-
 zehen hundert jar/ und in dem abtoden und driffigosten
 iare.

XIX. *Securæ sunt ligæ Alsaticæ aliæ magno nu-
 mero; quales apud Albertum Argentinensem aliquot oc-
 currunt: in quibus Rempublicam præsertim Argenti-
 nensem fidei pariter erga Imperatorem, & juris digni-
 tatisque suæ maximè semper observantem fuisse, ista
 potissimum specimina demonstrant. Cum Berchtol-
 dum Episcopum iteratis mandatis terreret Pontifex
 Romanus, ne Imperatori Ludovico Bavaro homagi-
 um præstaret; cæterique foederis Alsatici socii nec pre-
 cibus, nec armis quicquam apud Episcopum adversus
 illa proficerent; tandem Argentinenses, (quæ verba sunt
 Alberti,) inito consilio Episcopum nisi concordaret cum Prin-
 cipe, dissidarunt. Tunc Episcopus in expensis exhaustus, à
 suis derelictus, metuensque se à suis oppidis excludi, propter
 favorem Argentinensium anxius, licet paulo ante in Capitu-
 lo suo respondens Consulibus Argentinensibus, dixit: Potius
 se velle reverti in ordinem suum Teutonicum, quam Ludo-
 vico Principi homagium exhibere: Spiram Principem acce-
 dens, sibi homagium fecit, & regalia suorum ab eo, tan-
 quam Imperatore, investituram accepit. Eiusdem Alberti
 testimonio discimus, Argentinenses graviter obstisse*

Chron p.
 132. & in
 Vit. Ber-
 sold. p. 176.

Chrō. p. 159.

Rudol.

Rudolpho Palatino, cum is *contra morem antiquum Al-* de IX. co-
satici foederis, nonnum cognitorem, qui ante fuit Argentin- gnitoribus
sum, civitatibus Imperialibus dandum contenderet. Neq; & Albert.
 minus acriter adversus Episcopum propugnarunt jus in Berch-
 aliud, quo ipsis, solis, excluso ab eadem facultate Epi- told. p. 174.
 scopo, *in suo* (damno sc. contra pacem) *sibi illato, cogno-*
scere licebat.

XX. Tametsi autem, arctior instituti nostri am-
 bitus sit, quam ut prolixiores digressiones admittat; à
 scopo tamen alienum esse non arbitramur, si ad illu-
 strandum locum, in quem foederum Alsaticorum men-
 tione delati sumus, verbo admoneamus, inclytam Ci-
 vitatem Argentoratensem aliquoties, foedere, cum Ca-
 pitulis Cathedralis, Thomanae, ut & caeterarum Ecclesi-
 arum inito, ipsum Episcopatum ab imminente exitio
 servavisse. Cum praesertim Guilielmus de Dietsch
 Episcopus, *postquam Episcopatum sibi commissum pene con-*
tinuis contributionibus & collectis, ut Franciscus Guilliman- Episc. Ar-
nus loquitur, miseris modis exagitasset, pleraque eius op- gent. in Gu-
 pida & arces in peregrinas manus transferre moliretur: lielm. 1h.
 & adversus Capituli intercessionem, pluribus sociis par-
 tes suas firmasset. Quo tempore nullum aliud Capi-
 tularibus praesidium reliquum fuit, quam ut causam suam
 Senatui Argentoratensi dijudicandam commendarent;
 à quo etiam in foedus sunt recepti; sicut excerpta se-
 quentia ostendunt: *Wir der Dechant und das Capit-*
tel gemeinlich der merere Stift zu Straßburg kundent
meniglichen mit diesem brief / als Herr Wilhelm von
Dietsch wilent Bischoff zu Straßburg des Bistums /
und unser Stifte / Sloße / Stette / land und lute on un-
ser wissende und willen in frömbde hende gegeben hat /
ung an die Statt Oberkirch / die von ihrer erbarkheit und
bider.

biderbeheit sich nit von unser Stift entfrömden wol-
 lent lassen/ daß Herr Wilhelm doch gethan het wider
 den eid / den er uns geschworen hat. 2c. Darumb wir
 auch das Slosß Oberkirch zu unsern händen genömen
 habent/ dagegen aber Herr Wilhelm von Diest sich
 wider uns setzet; und wir dise sache den Erbaren/ Wi-
 sen/ dem Meister und Rat der Statt Straßburg fürs
 geben habent und geclaget / als unseren guten freun-
 den 2c. Darumb sint wir mit denselben Meister und
 Rat zu Straßburg/ und siemit uns darüber gessen/
 und hant uns mit einander vereinet / und zusammen
 verbunden und verpflicht / daß Herr Wilhelm von
 Diest/ oder ieman anders/ wer er were / uns bedersite
 helfferen leidigetent/ schedigetent/ daß wir darumb ein-
 ander nit sollen noch wollent lassen/ wanne wir sullent
 einander getreulich geraten und beholffen sin gegen al-
 len den/ die uns bedersite sementlich oder besunder also
 leidigetent an alle geverde. 2c. Montag vor Annunc.
 Mar. 1405.

Quis conatum Guilhelmi exitus fuerit ex *Franci-*
sco Guillimanno discere liceat: cuius narrationi *MSCta*
 etiam *Chronica* adstipulantur. Sed nec minori com-
 modo anno eiusdem seculi quadragesimo septimo, ad
 Reipublicæ nostræ tutelam confugit Capitulum, inito
 denuo foedere: quo memorabile etiam exemplum juris
 atque libertatis suæ edidit Civitas; licere sibi contra
 quoscunque aggressores, inquilinis suis haud secus ac
 civibus defensionem atque patrocinium præstare: sicut
 ipsis quoque eius foederis tabulis expressum est.

XXI. Caterum ex prædictis abunde puto intelli-
 gi, quæ causa Carolum IV. Imperatorem impulerit, ut
 in *Aurea Bulla*, postquam Friderici I. legem adversus
 detestan-

detestandas conspirationes & conventicula, seu colligationes
 illicitas, in civitatibus & extra, vel inter civitatem & ci-
 vitatem, inter personam & personam, sive inter civitatem
 & personam; insuper & confederationes & pacta, repetiis-
 set; exceptas tamen vellet illas confederationes & ligas,
 quas Principes & civitates ac alij super generali pace provin-
 ciarum atque terrarum inter se firmasse noscerentur: illasq;
 sua declarationi specialiter reservans, in suo decerneret vi-
 gore manere, donec de his aliud ordinandum duxisset. & de-
 derat iudicii sui documentum ipse Carolus in composi-
 tione foederis Suevici, de quo Albertus Argentinensis ita
 memorat: Anno Domini MCCC LIII. Rex Carolus egredi-
 tur de Bohemia, mense Septembri, & veniens Ulmam, Ligam
 pacis generalis fecit omnium Sueviae Imperij civitatum. Et
 cum iussisset Eberhardum de Würtemberg Praesidem huius-
 modi Ligam jurare, & ille diceret, se velle deliberare cum
 fratre: Rex indignatus dixit: delibera quantum velis.
 Tunc territus Comes juravit.

Radevic. de
 Gest. Frid.
 II. 7.

Gunth.
 Ligurin.
 IIX.

Chron. ad
 A. C. 1353.

XXII. Videtur quidem postea Fridericus III. in
 Reformatione de Anno 1441. in animo habuisse, omnia in
 Imperio foedera abolere; composita inter alia sanctio-
 ne, daß im ganzen Römischen Reich fürbas keine
 Bündnus oder Vereinigung sollen auffgerichtet wer-
 den/ auch die alten alle abgethan. Verum Maximilia-
 nus eius successor, ad communem Ordinum in Comi-
 tiis congregatorum consensum, uti Imperatoris ita Sta-
 tuum foedera restrinxit, in Confirmatione Pacis publicae
 Wormatiensis, cuius hac de re dispositionem supra suo
 loco retulimus. Et communi Pacis ac Libertatis Ger-
 manicae amantium calculo approbatum est Suevicum
 illud Foedus, quod ipsius Friderici auspiciis contractum,
 extremis seculi decimi quinti, & decimi sexti initiis ad
 D tuendam

ap. Goldast
 in den
 Reichsfaß.
 p. 167.
 Sid. Limn.
 I. P. IV. 8, 18

A. C. 1488.



tuendam ac subinde restaurandam quietem egregie profuit. Capita eius & insigniora facinora exhibet *Crusius in Annal. Suev. part. 3. lib. 9. cap. 1. & lib. 10. cap. 8.* Progressum summam complectitur *Sleidan. Comment. lib. 4. prope fin.* publica Comitiorum approbatio extat in *R. I. 1526. §. ob auch einiger. & R. I. Spirens. de Ann. 1529. §. und als im Abschied. 35.* exitum verò notabili *Amnicus* profequitur *Mutius Chron. Germ. lib. 31. An. 1532. finem habuit fœdus illud Suevicum, quod sæpè formidabile hostibus, solatium & auxilium amicis fuit. Multi Principes & civitates cupiebant conservare & renovare Ligam; sed quibusdam impediens, fieri nequit. In summa, aliter visum est Domino, qui parva & magna gubernat. Illos quosdam impediens signat Waremundus ab Ehrenberg sive Eberhardus à Weihe Carolum V. & Regem Gallia, quorum providentia notat solutum illud fœdus fuisse magno cum Germanorum dispendio.*

Meditam. pro fœderib. lib. I. c. 2. p. 116.

XXIII. Exiis, quæ secuta sunt superiori seculo, quæque nostra ætas vidit, fœderum actis multa videas ab *Hippolito à Lapide*, aliisque eiusdem generis propositivè Scripto-ribus in argumentum juris trahi, quæ si accuratius inspicias, soli civilium armorum licentiæ inniuntur: quædam eius etiam generis sunt, ut sine irreverentia insigni adversus sacratissimam amnestiæ legem, memoria illorum, curiosâ disputatione refricari non possit. Et quid opus est hodie ex iis, quæ circa fœdus Smalcaldicum olim, vel Unionem Ligamve disputata sunt, argumenta repetere, quando de facultate Statuum in fœderibus condendis definiendum est: postquam clarissima Pacis juratæ sanctio, penitus in liquido collocavit, quod *jus faciendi inter se & cum exteris fœdera, pro sua cuiusque conservatione ac securitate singulis Stati-*

Instr. Pac. art. 7.

bis

bus perpetuo liberum sit: ita tamen, ne eiusmodi fœdera sint
 contra Imperatorem & Imperium, pacemque eius publicam,
 vel ipsam imprimis Westphalica Pacis transactionem; fiant-
 que salvo per omnia juramento, quo quisque Imperatori &
 Imperio obstrictus est. quam quidem dispositionem ex
 communi omnium Ordinum monito in condenda
 Capitulatione recentissima ita ad Imperatorem accom-
 modarunt Electores, ut in fœderibus ratione provinciarum Capitul.
 hereditariarum ineundis, Ipsi quoque Instrumentum Pacis Leopold.
 pro solenni norma proponerent: quod eo quoque mani- art. 10.
 festissime valere nemo non videt, ut Imperator quoque
 non in aliis fœderibus, quam quæ de rebus Imperii, in
 des Reichs Händlen ineuntur, adhibere Ordinum
 consensum teneatur. Unde nimis generales illæ & ca-
 ptiosæ Hippoliti à Lapide observationes: Imperatori mi-
 nus juris quam Statuum cuiquam circa fœdera competere &c.
 emendari debent.

XXIV. Atque aliter sanè Statuum fœdera, ab illo
 tempore, quo cum ipsis Statibus summa in Imperio
 potestas communicata est, æstimanda fuisse, quam an-
 tea æstimabantur, cum illa sola pacis ac salutis tutela su-
 stineret, nemini potest obscurum esse: Licet enim usus
 quidem illorum etiam postea, & in ipso quoque Instru-
 mento Pacis, ad conservationem & securitatem cuiusque
 restrictus manserit: facultati tamen atque ad eò juri fœ-
 derum, quin ex illa majestatis participatione vis quæ-
 dam & efficacia singularis accesserit, quæ superiorita-
 tem Statuum etiam in cæteris partibus provinciarum
 suarum administrandarum, ad eminentiorem gradum
 evexit, negari utique non potest. Quæ uti in respectu
 ad singula Statuum territoria, eximia prorsus, ipsique

regië
 Cru.
 Pro-
 lib.
 at in
 1529.
 regio
 m ha-
 ibus,
 civi-
 ibus-
 isum
 dam
 Eber-
 orum
 cum
 culo,
 deas
 ositi-
 ccu-
 nni-
 reve-
 gem,
 non
 edus
 atata
 um
 uani
 col-
 dera,
 tati-
 bus



Majestatico foederum juri, à quo profluit ac dependet, proxima, & ut solidissimam Ludolphi Hugonis philosophiam huc accommodem, per analogiam quandam simillima est: ita per exceptionem, qua cavetur, *ne talia foedera sint contra Imperatorem & Imperium, pacemq; eius publicam; fiantque salvo per omnia juramento, quo quisque Imperatori & Imperio obstrictus est*, ad constitutionem unius Reip. in Germania nostra, satis perspicue revocatur, ordinaturque: ita ut foedera Statuum, quantumcunq; excellenti robore nitantur; si tamen à norma isthic praescripta recedant, vi altioris sublimiorisque imperii in cognitionem trahi, atque irrita etiam reddi possint: quod ab usu corporum foedere duntaxat conjunctorum valde remotum est. Nec ultra hos limites olim jam Principum Germanorum licentiam extendere ausus est

de Rep. l. 7.

Bodinus. quoniam is ultro profitetur: Principes quidem Germanos hoc sibi licere putare, & secum & cum exteris Principibus sua salutis causa societatem coire, modo id tamen sine

Confer A- rum. de Comit. cap. 1. n. 22.

Imperij Germanici fraude fiat. nam quae foedera aliter contrahantur, nullius esse momenti. quod verò idem statim subjicit: Cum Imperium excipiatur, non propterea excipi

Magn. D. Myler. de Princ. & Stat. Imp. part. l. c. 17. n. 9.

Imperatorem: id ne quem in errorem seducat, diserta novissimae pacis declaratione satis puto prospectum: Nam foederis, quod Germani quidam Principes, Chamborti, cum Henrico II. Rege Francorum in medio ci-

Hortleder. Act. Publ. l. 8. c. 2.

vilium armorum aestu percusserunt, exemplo, è propinquo tempore poterat ipsum Foedus Smalcaldicum op-

idē proposi- tum praefe- runt Au- thores uni- onis apud Limn. l. P. IV. 8, 36.

ponere; ex quo Chamborticum illud pullulavit: Sed cuius Authores nihil magis anxie volebant praecavisse videri, quam ne quicquam eo foedere contra Imperatorem intendere existimarentur. Quin & ante conditum Instrumentum Pacis Osnabrugensis, acerrimus

Germa-

Germaniæ libertatis assertor *Jacobus Lampadius*, pronun-
 tiare non dubitavit: *non immerito Carolum Imperatorem*
à Smalcaldicis capita fœderis postulasse: ut videret, ecquid
etiam ultra suam, quam habent majestatis communionem pe-
pigissent. Et tradunt etiamnum inter cautiones talium
 fœderum prudentiores, ut illorum conditio maturè ad
 Imperatoris notitiam perferatur. quam nihil causæ vi-
 detur esse, cur subterfugere moliantur, qui sibi cordati
 erga Rempubl & innoxii propositi conscii sunt. Et ne-
 scio, an non ipsa negotii indoles satis perspicuam defi-
 niendi rationem in deliberationibus huc directis suppe-
 ditet: ut uniuscuiusque quidem status ratiocinationi
 relinquatur, quatenus conservationi & securitati suæ
 per fœdera prospicere velit possitve: Imperatoris verò
 & Imperii causâ, de qua utique nemo è Statibus sibi
 seorsim judicium hæcenus arrogavit, in foro itidem
 competente disceptetur dijudiceturve: utrum nimium
 fœdus Imperatori, an Imperio adversum: an legibus
 eius fundamentalibus congruum: an denique salvo per
 omnia juramento, quo quisque Imperatori & Imperio
 obstrictus est, contractum sit: de qua cognitione ob-
 scurum esse non puto, quam vel Imperator sibi, vel Co-
 mitia partem, jure queant vindicare.

p. 3. c. 20.
 n. 12. § ibi
 Conring.
 Dn. Myler.
 de Princ.
 § Stat.
 Imp. part.
 l. c. 17. n. 11.

XXV. Separatam autem esse consultationem, quæ
 de Imperii, quæve de singulorum Statuum, fœdera præ-
 fertim cum exteris ineuntium utilitate, instituitur, &
 res ipsa ostendit; & declarat agitata inter *Sluterum* &
Limneum disputatio. de qua mihi quidem judicium non
 sumo: sed ipsius tamen rei apertissimo suffragio vide-
 tur etiam contra novas *Sluteri* vindicias propugnari
Limnai observatio: *Minimè fore opus, ut Status nova fœ-*
dera, imprimis cum Exteris contraherent, si Legibus Imperij

Animadvs.
 ad Hipp. &
 Lapid. p. 1.
 c. 9. sect. 1.
 Addit. Tom
 2. p. 301.
 de subiect.
 summ. Pot.
 in Imp. G.
 atque p. 125.



Add.
Grundf.
part. 3. c. 9.

atque judiciis ac auxiliis imprimis ad defensionem oppresso-
rum expediendis vigor & autoritas sua persisteret. Nec
ignorari sanè patitur rerum publicè hæctenus tractata-
rum historia; quantumvis inde à multo tempore labo-
riosè agitatum sit, qua ratione executio pacis publicæ
rerumque secundum leges judicatarum, atque imprimis
communis securitatis tutela, partim adversus deliquia
saluberrimi quondam instituti, quo in certos circulos
dispositum est Imperii corpus, partim adversus varii ge-
neris apertas occultasque externas & internas corrupte-
las & insidias, muniri, atque ad promptos & efficaces
usus expediri instruique posset: recentissimas tamen ad-
huc dum deliberationes eâ curâ distractas, in hunc usq;
diem ad solidum certamque definiendi agendique mo-
dum perducere non potuisse. Unde potissimum judicat
Author der Grundfeste commendationem accessisse fœ-
deri Rhenano, quod anno huius seculi 58. Electores qui-
dam & Status Imperii, assumtis in societatem Sueciæ
& Galliæ Regibus, contraxerunt: cuius formula, quæq;
eo nomine apud Imperatorem & cum Electore Bran-
denburgico, non tam institutum eius fœderis, quam ad-
iuncta quædam impugnante, acta sunt, exhibentur in
*Diario Europeo part. 1. p. 1010. & seqq. in Theatrum quoque
Europæum relata part. 3. p. 560. 573. 580.* socios fœderis
recenset etiam *Sprenger. Jurispr. Publ. p. 113.*

p. 3. c. 9.

XXVI. Utilitatem Imperii quod attinet, fortasse
tam magno acumine opus non est, ut intelligatur, posse
utique talia cum Exteris fœdera iniri, vel talibus cauti-
onibus circumdari, ut nec damnosa Imperio nec peri-
culosa sint. Licet enim ea consiliorum negotiorumq;
publicorum plerorumque conditio sit; ut pericula vix
unquam sine periculis depelli queant vel averti, & gra-
viora

vior
ant,
Ufu
non
ricu
incu
tis h
tuer
run
rate
nib
aux
der
dan
Ur
vet
me
me
rur
tes
tat
cap
de
int
jur
bit
re
pre
me
Si
ca
ge

viora damna satis felici remedio sanata existimari debeant, si leviori detrimento incommodove redimantur: **U**sus tamen antecedentium temporum demonstravit, non esse cur Imperium ex iis foederibus vel metuat periculum, vel pacifcentibus imputet, quæ cum populis incuntur finium proferendorum incuriosis, quique satis habent, suam sociorumque salutem atque libertatem tueri. Hoc certè nomine, inter alia dudum approbarunt se cordatissimo cuique foedera, quibus Argentoratensis Respublica, non suis magis quam Imperii finibus propugnandis, Tigurinorum & Bernatium sibi auxilium pacta est. Memorat ex his conditiones foederis anno superioris seculi vigesimo nono percussis *Sleidanus*. Aliorum quæ antecesserunt, complurium, apud *Urstisium* in *Chronicis Basileensibus*, tum in *Soumpfii Helveticis Patriæque ineditis Annalibus ac monumentis*, crebra mentio occurrit. Estque illorum exemplorum enumeratione pridem publico scripto confutata imperitorum hominum censura, qui foedus inter easdem Civitates anno elapsi seculi octuagesimo octavo ictum, novitatis arguebant: in quo tamen aliud ferè nihil, quam capitum, in quæ pridem fuerat conventum, repetitio & declaratio quædam uberius continetur: nempe si quod inter ipsos foedere comprehensos dissidium oriretur, jure prius, quam armis experirentur: adversus vim subito ingruentem, vel si aliqua ex tribus Civitatibus, de re ad foedus quoquo modo pertinente, bello obsidione premerentur, sibi invicem impensis communibus optimo expeditissimoque, quo possent modo auxilio essent. Si Argentinenses vim paterentur, ut auxilio indigerent, ceteræ duæ civitates tam valido subsidio quam res exigere videretur suis sumptibus suppetias ferrent: Argentinenses

*Comment.
lib. 6.*

so.
Nec
ata-
bo-
licæ
mis
quia
ulos
i ge-
pte-
acés
n ad-
usq;
mo-
dicat
e foe-
s qui-
ecia
uaq;
Bran-
m ad-
ur in
quoque
ederis
ortasse
posse
cauti-
c peri-
rumq;
ula vix
& gra-
viora



tinenses autem in mille milites, connumeratis Præfektis ac Officialibus, quinque millia florenorum menstrua exsolvere tenerentur: illosque quamprimum finibus suis appropinquassent, si quod munimentum tormentis impetendum foret, aliudve quid simile peragendum; pulvere tormentario aliisque huc pertinentibus gratis, commeatu verò, pro tolerabili pretio instruerent. Si præsidio Argentinenses indigerent, fœderatæ civitates tantum militum numerum, quanto carere ipsæ possent, & Argentinenses egere noscerentur, mitterent: Argentinenses verò in vexillationem trecentorum militum singulis mensibus numerarent bis mille quingentos florenos. Si Tigurini vel Bernates bello infestarentur, Argentinenses in singulos menses suppeditarent quatuor florenorum millia: hostesque illorum, quo possent loco in finibus suis turbarent, impugnarentve &c. Excipitur in fine à parte Argentoratensis Reipublicæ nominatim Imperator & Imperium: cui debitam fidem, hoc fœdere nulla parte immutatam velint. Decretum est id fœdus in perpetuum, ut tamen elapso quoque decennio subinde renovaretur: die Maij decimo tertio. Præter hæc non desunt alia quoque fœderum specimina, quibus Statuum salutem ita prospectum est, ut Imperium extra periculum damnumve constitueretur: sed institutum nostrum eo usque non porrigitur, ut quæ dici hic possent, omnia cumulemus. DEUM potius precamur, ut singulis Sacri Romani Imperii Membris eam in communi totius Imperii tutela securitatem præstet, quæ separatas de privata cuiusque conservacione deliberationes reddat superfluas!

F I N I S.

X2615922

WDA



857.

1676,3.

22

C. B. D.
DISSERTATIO
De
IMPERII GERMANICI,
EJUSQUE STATUUM
FOEDERIBVS.

Quam
MODERANTE
Viro Nobilissimo, Amplissimo, Consultissimo
atq; Excellentissimo


DN. VLRICO OBRECHTO
Historiarum PROFESSORE celeberrimo,
DNO. PATRONO, ac Præceptore suo
æternum colendo,

P. 168.

In Illustri Argentoratensium Academia,
Eruditorum solenni submittit disquisitioni

JOHANNES ULRICUS FRID,
Colmariens.

A. D. 27. Mens. Aprilis. hor. loc. q; consuet.



ARGENTORATI,
Literis JOH. FRIDERICI SPOOR.

ANNO M DC LXXVI.

